






Josephus Baturi Dei et Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus Metropolitæ Calaritanus

Venerabili Fratri Nostro **Matthæo Mariæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Zuppi**, Tituli Sancti Egidii trans Tiberim, Bononiensi Archiepiscopo Metropolitæ atque Conferentiæ Episcopalis Italiæ Præsidi, salutem et Benedictionem. Venerabilis Capituli Metropolitani Primatialis Nostræ supplex enim vero unanime votum libentissime excipientes, huic vel antiquo Nostro Senatui maiorem adhuc splendorem conferre cupientes, magis magisque devotum Nostrum immo pergratum animum erga Reberendissimam Eminentiam Vestram significantes ob Calaritanæ Urbis visitationis donum ad centesimam anniversariam Dedicationis Basilicæ Dominae Nostræ a Bonaria recolendam memoriam, Eminentiam Vestram Reberendissimam officio **Canonici honorarii eiusdem Capituli Metropolitani Calaritani** valde lætamur decorare. Posthac et in perpetuum nomen cunctaque ergo Reberendissimæ Eminentia Vestrae persona cum Ecclesia Matre Calaritana mire coniungentur, quæ etiamnum scannum suum præstantissimum Romanæ Ecclesiæ Principi reservare gloriatur, meritorum virtutumque præstantia insignissimo.

Datum Calari, ex Aedibus Archiepiscopalibus, die duodetricesimo mensis Aprilis, Anno Domini MMXXVI, in sollemnitate Dominae Nostræ a Bonaria, totius Sardinia Insulae Patronæ Maxima.


✠ Josephus Baturi

Archiepiscopus Metropolitæ Calaritanus



Dom. Octavius Atzeri
Archiepiscopalis Cancellarius

CURIA ARCIVESCOVILE CAGLIARI
CANCELLERIA

Prot. n° 296-2025

del 22-11-2026

